VIDI quendam plenum variolis, et linitus fuit cum aqua et sale, et inflatus, et sustinuit vehementem dolorem, quia variolæ nondum erant benè digestæ: et melius est quod deficcantur primò cum multa camphorâ dissolutâ in aqua rosacea; et dormiat patiens supra pannicum, folia falicum, rosas siccatas: et recentes, et sandalum in æstate cum est vehemens caliditas; et in hyeme accendatur ignis coram eo ex lignis tamarisci, falicis, et myrti. Et melius est ante apparitionem variolarum instillare in oculos aquam rosaceam, in qua infundantur sumach,

²² Vide not. 4, pag. 216.

camphora,

camphora, pinguedo granatorum, et familia. Et si aliquid appareat in eis, appone antimonium fricatum, cum aqua rosacea et succo coriandri recentis, et cum camphora et ²³ Muri valet ad hoc; et præservat oculos ab eis, et non permittit aliquid in eis exire.

Dico, oleum potest apponi, cum variolæ sint multum desiccatae, et fecerunt cortices duras, quæ ex eis inunctione velociter cadunt: ante hoc non est apponendum. Et variolæ sunt aliqua species crisis, et propter hoc non est earum exitus impediendus; et impedire exitum earum est impedire crisin, et de facili possunt redundare ad aliquod membrum nobile: et ob hoc cum vides signa variorum, dicas naturam expellere materiam ad superficiem cutis: et tunc juvatu illam ad facilem ipsarum exitum cum his quæ dantur in potu: et cave ne sint frigida, quoniam prohibent exitum earum oppilando poros. Et debes inspi-

²³ Et Muri—vide not. 5, pag. 112.

cere cur hæc crisis magis supervenit pueris. Et cum apparent variolæ post digestionem et die crisis, est bonum signum; et si apparent ante digestionem, et die non critico, est mortale. Et peiores his quæ moventur in secundo, vel sexto die, et febris non alleviatur ex eis.

Dico, mulieres utuntur foliis lili ad deficcandum variolas. Et vidi, quod ipsa deficcant finali deficcatione: et aqua et sal valent magis ipsis, nisi quod facit patienti multam punctiõnem: sed cum est in loco ubi est multa carnositas, non sentitur tanta punctio; et oleum eradicat cortices earum. Et unguentum rubeum confert mirabiliter ulceribus quæ appellantur * *mater variolarum*. Et vidi multotiens, quod vulgus exhibeat cibum incontinenti, quando variolæ apparebant: et multotiens fui expertus in principio variolarum exhibere aquam nivis, lactucas, et facere flebotomiam: et non debet patiens morari in loco frigido, quia prohibetur exitus earum stringendo poros: et cum incipiunt variolæ apparere, et multum exire, non dentur frigida; et cum

* An matres?

cum evenit patienti sincopis et tremor cordis, locetur in loco frigido.

FILIA ALFET : passa est variolis parvas duras porinas, non tamen nigras, et sentiebat cum hoc inflammationem et dolorem in ventrem, et mortua est : plures istorum saepe sincopizantes moriuntur, quoniam constringuntur multum eorum anhelitus, et infrigidantur extremitates : et hoc est cum variolae redeunt interius. Et aliquando apparent variolae similes blactiis, et aliquis medicus dixit, quod blactiae vertuntur in variolas. Et inveni, quod differentia est inter has ; quia blactiae sunt rubeae, et apparent in superficie cutis sicut ignis Persicus ; et non sunt profundae eminentiae, nec eminentes : et variolae habent eminentiam et rotunditatem ; et acuas tu bene intentionem tuam super hoc ; et cum hoc tibi non erit intelligibile, et sensui occultatum, non judices supra ipsum quousque transeat dies septimus ; et illae quae non sunt eminentes, non debent variolae appellari.

UNCTIO mirabilis et experta ad amovendum cicatrices variolarum: ℞ Farinæ ciceris ʒx. farinæ lupinorum ʒiij. costi dulcis et ²⁴ Merdasengi dealbati ana ʒj. * *lapidis inventi in pipere.* Terantur et pulverizentur, et informentur cum aqua hordei.

²⁵ YSAAC filius Johannicii dixit, cum incipiunt exire variolæ, extrahatur sanguis cum flebotomia vel carafatione; et extrahatur de sanguine quasi usque ad fincopim; et facias patientem uti ptifana. *Et si venter ejus est fluxibilis, detur ei aqua Sauc hordei, et maximè in blactiis, quia hanc pluries concomitatur ventris laxitudo:* et caveas ab omni dulci grosso.

²⁶ INQUIT Musfeya: medicina laudabilis et experta amovens cicatrices vario-

²⁴ Vide not. 4, pag. 216.

* *Lapidis, etc.* Glossema hæc esse videntur.

²⁵ Ysaac filius Johannicii, i. e. Honaini Ebadiens filius, de quo vide Pocock. *Hist. Dynast. Arab.* pag. 263. Lat. pag. 171.

²⁶ Inquit Musfeya: incertum est quis sit—fortè Pater Mesues. *المسوية* sc.

larum. ℞ Amidi frumenti, amygdalarum excoiatarum ab utraque cortice, ana ℥ij. costi dulcis et dragaganti, ana ℥v. radice cannarum ℥iiij. feminis melonis excoiati, fabarum siccarum excoiatarum et farine hordei, ana ℥iiij. croci ℥j. Terantur, cribellentur in panno serico, et informentur cum succo corticum ce-trangulorum et aqua rosacea æqualiter; et inungatur locus cum penna, et dimit-tatur per noctem, et manè abluatur cum aqua decoctionis camomillæ, meliloti, et violarum, si Deus voluerit.

MEDICINA divina multæ experientia et bonitatis trahens ad superficiem cor-poris variolas, ²⁷ Bothor, et omnia quæ necessaria sunt exterius educi. ℞ Ficus albas v. passularum enucleatarum aur. x. laccæ mundatæ ℥v. dragagan. ℥iiij. croci aur. v. Coquantur in tribus ²⁸ rotulis aquæ usque ad tertias, et detur in tribus diebus, qualibet die pars rotuli: jussu Dei.

²⁷ Bothor, i. e. بثور Pustulæ—Tubercula.

²⁸ Rotulis: vide not. 7, pag. 102.

INVENI quod signa appropriata variolis sunt febris continua de sanguine, dolor gutturis, et in principio febris dolor lumborum; et patiens jacet in supino, et movet sæpe pedes, et tremit. Et debes esse satis sollicitus, et benè præmeditari in flebotomia et ejus circumstantiis.

²⁹ AIT GEORGIUS: blaetiæ fiunt ex sanguine permixto multa colera, et variolæ ex sanguine grossò multæ humiditatis; et ideo invenimus variolas humidas, et blaetias aridas et ficas; et eveniunt ut pluries in autumnno, et maximè cum non prævalet septentrionalis ventus; et est pluviosus; et cum aër est turbidus, pulverulentus, et obscurus, et flat ventus merionalis. Et signa ipsorum sunt febris continua de sanguine, sorda, dolor, ponderositas capitis et pectoris, et siccitas linguæ; sputum grossum, pruritus in na-

²⁹ Ait Georgius—Bachishua fortè, de quo vide Hist. Dynast. Arab. pag. 262. Lat. pag. 171. Vide not. 37, infra.

ribus, sternutatio, facies repleta, impedimentum hanelitus, nausea, casus appetitus, distentio cutis, et timor in somno: et melior crisis quæ potest evenire est fluxus sanguinis è naribus. Et quando variolæ et blactiæ sunt coloris violacei et nigri, et aliquando apparent et aliquando occultantur, et sentit patiens vehementem angustiam et raucitatem vocis, et sensus permixtionem, est solum signis pronosticis relinquendus. Et variolæ ficcæ, in quibus non coadunatur humiditas, sed sunt ut porri, et scindunt cutim cum vehementi scissione, et concomitantur eas vehemens angustia, mala desiccatio, sensus permixtio, et defectus vocis, est mortale. Et aliquando accidunt, et inveniuntur variolæ parvæ intus in magnis variolis, et nominantur variolæ duplices. Et delet, removet, cicatrices istarum pulvis radicis cannarum et ferratura ligni salicis, et ^{3o} Merdasengi dealbatum.

^{3o} Merdasengi dealbatum, i. e. Lithargyrus.

Dico,

Dico, dixit Galenus in principio ³¹ Categenisii unguentum mirabile omni solennitate vallatum, valens ad multa, et etiam ad variolas : et per hoc perpendi quod Galenus non omisit variolas, et eas cognovit. Et in secundo ejus libri posuit Galenus aliud unguentum valens ad variolas : et ob hoc ipse scripsit ex scientia Andromachi, qui fuit antiquior Galeno. Et dixit Galenus in libro quarto ³² *Etbimeos*, antiqui appellabant *flemon* rem in qua inflammata caliditas sicut erisipilla et variolæ ; et hi morbi generantur ex cholera : et narravit etiam hoc in libro pulsuum, et similiter in nono libro interiorum. Et dixit superfluitates quæ non mutantur in sanguinem putrescunt, et acuuntur longitudine dierum, et generatur ex eis erisipilla et variolæ.

Dico, quæsi et inveni, quod malitia variolarum est secundum quantitatem malitiæ hanelitus et raucedinis vocis, et ut plures ex istis moriuntur strangulati :

³¹ Categenisii, i. e. *κατα γεννη*—vide not. 1, p. 10.

³² Ad Timæum, i. e.—vide pag. 13.

et intentionis meæ est curare in principio guttur cum rebus lenitivis et dissolutivis quas fui expertus in ³³ *Bimaresten* (nosocomio, sc.). Cura variolarum et blactiarum, utaris flebotomia ante quartum diem, et post; et maximè priusquam omnes exeant: et cum omnes exierint, sc. est facienda flebotomia: sed debet dimitti quousque fortificetur virtus, nisi fortè materia sit multa. Tu autem potes flebotomare, parum tamen sanguinis extrahendo.

Dico, qui moritur ex hoc morbo deficit propter multitudinem materiæ, quia forsàn natura non est tantæ potentia, quod possit totam materiam trahere ad exteriora. Et cum erit conveniens flebotomare venas narium in principio, est satis utile. Inveni autem plures patientes variolas, qui liberati sunt solo fluxu sanguinis è naribus: et hi morbi ut pluries accidunt pueris qui flebotomari non

³³ In Bimaresten—in nosocomio, sc.—مارستان. Arab. à Persic. بیمارستان i. e. ægrotorum domus.

possunt.

possunt. Et cum vides autumnum vehementis caliditatis et siccitatis, et hyemem suæ naturæ vel propriæ, expecta variolas in fine hyemis, et te induas multos pannos, tuentes à frigore te, et non inspira aërem frigidum; et cum hoc liberaberis. Et si eveniunt tempore æstivo, debet morari patiens in loco in quo fudet, nisi timeat de sincopi quodsi eveniat, caveat ne fudet, et locetur in camera aperta ventis opposita, et odoret fandalum, aquam rosaceam, et camphoram; et non exhibeantur patienti vehementer frigida, usquequo variolæ benè fuerit manifestæ; et non flebotometur cum manifestæ apparent, nisi materia sit multa.

³⁴ DIXIT MASER JOHEYE: qui prohibet variolas oculis non accidere, et præservat ipsos ab eis; et si eveniunt, dissolvit eas quod non inferant nocumentum, est satis perspicuus et sagax medicus.

³⁴ Dixit Maser Joheye—fortè Maserjaveius, sive Judæus—vide not. I, p. 213.

FILIUS MESUE : rob ribes et agrestæ, et rob acetositate citri confert variolis, blactiis, et *antrax*, (anthraci) quia vincunt et extinguunt acuitatem coleræ et sanguinis.

Dico, in principio cum apparent variolæ, pone in oculis antimonium, quando dubitatur in illo tempore de melancholia : et si dubium est, instilletur in oculis Sief factus ex antimonio *folio* et acatia : et oleum non apponatur, nisi cum ulcera fuerint desiccata, propter casum crustularum : et est malum ante hoc tempus ad apponendum, quoniam prohibet dissolutionem ; et accidit ex hoc tremor cordis et sincopis ; et hoc usi sunt plures imperiti medici.

Dico, multotiens vidi febricitanti evenire blactias post nonum diem ; et ei non apparebat aliquid de accidentibus variolarum et blactiarum, nisi vehemens angustia assiduè ubique nausea : et quando tu vides cum febre continua angustiam, et murmurationem, et laborem assiduum, debes cognoscere quod sunt signa blactiarum, et tunc non est infrigidanda

H h

omniò

omniñò exterior pars corporis. In quarto decimo pulsuum dixit Galenus, sanguis putrefit multum in apostematibus variolis et corrosione, quousque comburatur cutis. In nono interiorum, superfluitates ciborum quæ non mutantur in sanguinem, et remanent in membris, et putrescent et acuentur, spatio plurium dierum generabuntur ex eis variolæ et erisipilla et corrosio.

Dico, nominavit Galenus variolas, et scripsit propriam curam ipsarum; et ex hoc possit intelligi quod ipsæ sunt ex speciebus crisis.

Dico, si aliquis febricitans sentiat dolorem lumborum, et non appareat in eo aliud signum de signis variolarum, sed cum hoc adsunt fluxus et urina alba, est signum pronosticum variolarum. Et summarie non est aliquod ita proprium signum in variolis sicut dolor lumborum cum febre: et cum vides hoc in autumno, securus sis de variolis, non tamen de blactiis; quoniam cum blactiis non est dolor lumborum: et puto quod hoc fit ex forti distensione venæ concavæ distensæ
supra

supra spondilia dorsi; et in blactiis non distenditur, quoniam est ex malitia sanguinis absque multa repletione; et in variolis non est sanguis superfluæ malitiæ respectu blactiarum.

Dico, quod variolarum sunt multæ species, et ideo cavendum est ab eis, et est ingeniandum ad attrahendum eas ad exteriora; et si patiens non caleat, curetur cum calefacientibus, et abstine ab eis si adfit febris continua et nigredo linguæ: et cura guttur ad præservandum inquinantiam quæ consuevit multotiens cum ea evenire; et adhibeatur cura cum rebus stipticis: et si fortificatur dolor gutturis, detur aqua calida cum zucchero, et fumigentur illæ quæ sunt tardæ digestionis cum aqua calida in qua sit decocta camomilla. Et variolæ quæ sunt circulatæ et earum capita occultata, sunt malignæ et mortales: et curentur palpebræ et præserventur ab eis cum succo³⁵ *Memithe*, licio, aloë, et croco; et ponatur in oculis sumach et aqua rosacea.

³⁵ Vide not. 4, pag. 110.

Dico, quod quidam passus fuit variolas fatis malignas, et fuit flebotomatus priusquam stringeretur ejus guttur, et non remansit aliqua medicina extinctiva et alia conveniens, quæ non esset ei facta; et melioratum est et elargatum ejus guttur et variolæ similiter, ita quod habuimus de eo bonam spem; et postea evenit ei subito dolor vehemens in tibia et denigrata est; et intentionis meæ erat caraxare locum: etiam eadem hora habuit casum virtutis, et tunc desperavi de eo omninò; et devenit ad talem statum, quod sanguis emanabat ab ejus poris, et eodem die mortuus est propter vehementem dolorem. Et vidi plures patientes variolas magnas, et habuerunt ultimo dolorem in tibiis.

Dico, lacca detur in potu ad conformationem epatis in variolis.

³⁶ INQUIT TARMADI: cum variolæ sunt fractæ, inungantur ex oleo et sale,

³⁶ Inquit Tarmadi—vide pag. 246, ubi idem, ut videtur, Darmedi a pe'atar.

et stent in sole per unam horam, et postea laventur cum aqua decoctionis ficuum et mirtilorum, et postea fumigantur ex tamarisco: et post tres dies inungantur cum luto albo in quo apponatur parum salis; et dimittantur per medium diem, et postea lava ut prius. Cum sint desiccatae, da sibi in potu lac asininum acetosum et line ipso ejus cutim, et pulveriza desuper calamum aromaticum album aut aliud aromaticum.

³⁷ INQUIT BUGAJESU: signa variolarum sunt febris, rubedo faciei, et cutis, et praecipuè gingivæ erunt nimis rubicundæ: et cum incipiunt apparere, si sunt sicut grana, sunt variolæ, et possunt esse latæ in forma ³⁸ Bothor, et eadem est cura amborum; et cum incipiunt apparere, dentur in potu quolibet die pa-

³⁷ Bugajesu—fortè Bachtishua—ex cujus nomine sine punctis diacriticis exarato [بختيشوع] formavit (suspitor) magister Feragius Bugajesu.

³⁸ Vide not. 27, pag. 235.

tienti ʒx. aceti cum ³⁹ *cerata* i. musci,
 si variolæ sint multæ; et si pauçæ, se-
 cundum earum quantitatem: et post
 tres dies detur hæc medicina. ℞ Rosar.
 mundatar. ʒiiij. lentium excorticatarum
 ʒiiij. laccæ ij. Coquantur in duobus *
 rotulis aquæ usque ad medium * rotu-
 lum; et depuretur et ponatur in ea zuc-
 chari ʒj. et detur quolibet manè in je-
 juno stomacho per tres dies et plus: et
 hoc narravit ⁴⁰ DARMEDI. Et cum va-
 riolæ sunt fractæ, accipe ʒij. sisami et
 pone cum ea parum salis combusti, et
 sparge super cutim ejus ipsum, et stet
 ad solem per unam horam; et postea la-
 vetur cum aqua decoctionis rosarum,
 mirti, balaustiæ, et parum salis, et po-
 stea fumigentur cum foliis mirti et ta-
 marisici; et post duos vel tres dies inun-
 gatur ex luto albo et pauco salis, et di-
 mittatur per medium *diem*, et abluatur

³⁹ Cum Cerata, i. e. cum Kirata, i. Musci.—
 تَبْرَاط وِهُو خَرَوِيَّة بِاشَاطِي Casiri, pag. 281. Vide
 not. 7, pag. 102.

* Vide not. 7, pag. 102.

⁴⁰ Darmedi—idem fortè cum Tarmadi, p. 244.

et eodem modo ut prius. Et cum ceciderint crustulæ, accipe rizum, et lava et desicca ipsum, et tere et pone cum eo parum croci, et dissolve cum aqua, et inunge, et dimitte per medium diem: et si cutis ejus est ulcerata, pulveriza desuper pulverem aromaticum album, et cum incipiunt desiccari, detur in potu lac camelarum. *Et si ejus venter est laxus, detur in potu aqua decoctionis Saucis ordeï et rizi cum gummi.* Et si apostematatur patiens, et ejus vox sit rauca, et sustinet multam desiccationem, et hoc fuerit in septimo, erit mortale. Et variolæ nigræ et multum rubæ sunt de signis malignis, et similiter lactiæ, et omnes aliæ res existentes in exterioribus; et in cura lactiarum respicias capitulum de cicatricibus.

URINA hominis miçta per duos dies confert lactiis. Qui collirizaret oculos ex aqua rosacea in qua fuisset sumach madefactum, præservat eos à variolis.

MEDICINA faciens velociter apparere variolas, lactias, et morbillos, et omnes species Bothor, et accelerat ipsas,
præcepto

præcepto Dei, ad exteriora. ℞ Ficus
 ficcas n° vij. passularum enucleatarum
 * an ʒj. fs? ʒvj. laccæ mundatæ à lignis suis * ʒj. fs.
 † an ʒiij? et dragaganti † ʒiij. croci ʒij. lentium
 excoriatarum ʒv. Coquantur in duobus
 rotulis aquæ usque ad medietatem et de-
 tur de ea in potu.

4^r IN LIBRO ABDUS, de memoriali:
 medicinæ mirabiliter conferentes cicatri-
 cibus variolarum, et omnibus aliis cica-
 tricibus. Accipe cicera nigra conculas
 combustas, stercus bovinum combustum,
 et tere et confice cum aqua, et inunge
 cicatrices.

ALIA: ℞ Ordei et stercoris pecorini
 ana; coquatur ordeum cum aqua usque-
 quo excorticetur, et tere ambo simul, et
 dissolve ea in aceto vini, et pone supra
 locum.

ALIA: Accipe aquam unguarum ari-
 etis cum affantur, et inunge ex ea locum,
 et omninò et proculdubiò cicatrices delet.

4^r In libro Abdus—cujus sit incertum est.

ALIA, magis mirabilis et experta :
Pinguedo afini dissoluta in aqua rosacea,
et inuncta et fricata super locum.

FILIUS MESUE : cum in sinocha appa-
ret rubedo oculorum et faciei, et multa
corporis et capitis ponderositas, pruritus
narium, sternutatio, et dolor in toto cor-
pore pungitivus, pronosticandum est de
variolis; et hæc sunt signa ipsarum; et
fit intentio tua in principio circa oculos
collirizando eos cum aqua rosacea in qua
fit madefactum sumach, ut præserventur
ab eis. Et cum apparuerint, insilla in
oculis aquam decoctionis coriandri sicci
in qua sit antimonium fricatum, et co-
lata apponatur in ea parum camphoræ,
et ingenieris ad attractionem variolarum
ad exteriora, priusquam tremor cordis et
nausea superveniunt, dando in potu hanc
medicinam. ℞ Laccæ ʒv. lentium ex-
corticatarum et ablutarum ʒviij. draga-
gant. ʒiij. Coquantur in medio rotulo
aquæ usque ad medietatem, et coletur :
et cibetur æger cibus ægritudinum acu-
tarum; *et laxetur venter, si necessaria est,*
*evacuatio cum*⁴² *aqua fructuum; et post sep-*

⁴² Vide not. 17, pag. 226.

timum cave à ventris laxatione, et declina ad stiptica, quoniam in fine hujus morbi consuevit evenire fluxus. Et in hyeme, accende ignem coram patientem cum lignis tamarisci, quercûs, et vitis: et cum vides variolas deficcari, unge cutim cum pennâ ex farina rizi panici et pauxillo croci distemperata cum aqua rosea: et si aliquid ex eis apparet in *moribus*, (naribus) pone in eis cerotum factum ex oleo, aceto, vino, cera, et dragagant. et fimile fiat in ore; et non debetur ei poni quousque variolæ erunt deficcatae, et febris omninò declinaverit: et non appropinquas corpori oleum, et maximè in principio dubitando, quoniam prohibet earum exitum, et reddit eas profundas; et sequitur aliquando ex hoc tremor cordis et mors.

⁴³ INQUIT JUDÆUS: blactiæ seu morbilli croci coloris significant choleram; viridis et nigri significant vehementem sanguinis adustionem, et sunt mortales. Et cum in febre multæ caliditatis, acci-

⁴³ Vide not. 1, pag. 213.

dunt sorda, dolor gutturis, tussis, rubedo faciei et oculorum, sternutatio, pruritus narium, et sudor, sunt hæc signa variolarum; et ut pluries apparent in tertio, et tunc febris est lenis: et possibile est quod appareant in primo et in secundo; et blactiæ minus variol. et variolæ nocent oculum plus eis, et præcipuè sunt malæ: et fricetur antimonium cum lacte et addatur parum camphoræ, et collirizentur exinde oculi: et post septimum asperga supra cutim aquam cum sale et parum croci, et postea inungatur ex sandalo, rosæ, lentibus, et parum camphoræ pulverizatis, et distemperatis cum aqua rosarum. Et in principio non exhibeas frigida, quoniam incrudunt materiam et prohibent exitum ipsarum: sed detur in potu succus fœniculi et apii, quoniam accelerat earum exitum; et fiat gargarisma cum succo granatorum, ut præserventur guttur et os. Et postquam exierint exhibeas trochiscos ex acetosa et psillio torrefacto; et si sentis aliquod in ore, detur butyrum recens: et in hyeme semper sit coram eo ignis ex lignis tamarisci; et jaciat æger super matracium panni rari plenum farina rizi. Et variolæ

accidentibus post febrem sunt salubriores venientibus ante febrem: et in blactiis ceu morbillis est sputum grossum ceu spissum, rubedo oculorum et faciei, ficcitas linguæ, elevatio temporum; et accidit in eis similiter abominatio et vomitus coieræ simul et semel, et in variolis paulatim paulatim; et blactiæ violaceæ et virides sunt mortales: et propriè cum subitò occultantur, et cum redeunt cum abominatione et nausea, est satis verendum. Et variolæ nigræ, multæ, ficcæ, et porrinæ, occupantes cutim ferè totam, sunt mortales. Et fumiga variolas humidas cum foliis mirti, et line cicatrices variolarum cum rasura radices cannarum et lignorum falicis madefacta in aqua.

44 GEORGIUS: cum sanguis superabundat, et superaccenditur, et corrumpitur, accidunt variolæ et blactiæ; et ut plus cum prævalet aër meridionalis: et præcedunt has, febris acuta vehemens,

44 Georgius—Bachtishua fortè, vel Bugajefu magistri Feragii: vide not. 37, pag. 245.

foda, ponderositas, rubedo faciei, tuffis, deficcatio linguæ et falivæ, inflatio venarum totius faciei, et fputum groffum, fpiffum, viscofum, pruritus narium, fternutatio, rubedo, pruritus, et lachrymæ oculorum, inflatio faciei, impedimentum hanelitus, naufeativus vomitus, defectus appetitus, et ponderositas totius corporis, et in profundo. Et cum videris hæc figna, vel aliqua ipforum, poteris pronoficari de variolis vel morbillis; et poffibile efl quod fint cum febre laboriofa, et erunt laboriofæ, difficilioris curæ; et poffibile efl quod fint febre existente leni: et intentionis meæ efl, quod non curentur in principio cum rebus multum frigidis, quoniam accidit ex hoc nocumentum mortale. Et fi efl hyems, detur fuccus fœniculi et apii, cum ⁴⁵ *Gelengiabin*; fi vero tempus efl calidum, dentur aqua hordei, lentes, melones, et granata, cucurbitæ, et familia.

⁴⁵ *Gelengiabin*: vox Perfic. compof. ex رُوزِ رُوسِ rofa et انكبيجى mel—جلنگیجى—mel aut faccharum rofatum. Gol. col. 526.

Et

Et teneat æger quolibet die succum fœniculi in ore cum pauco croco et zucchero albo: et instilletur in oculis ejus ⁴⁶ *Elmuri*, ut nil possit oculis evenire, et collirizentur cum *antimonio* et camphora; et caveat ab acetosis et falsis, ne inducatur ei tuffis et fitis; et similiter julep, *ut non laxetur ejus venter; et si venter est laxus, detur ei rob mirtilorum et citroniorum cum trochiscis de Spodio.* Et fluxus sanguinis de naribus est crisis in eis bona. Cum vides blactias violaceas et virides post apparitionem occultari in interioribus partibus corporis pronosticare quod patiens sincopizabit, et morietur. Et si variolæ sunt parvæ et ficcæ, et implentur aquâ, et sunt propinquæ ad invicem, et sunt ficcæ et duræ ut porri, et scinduntur, accidit eis sincopis, nausea, et sensus permixtio; et patiens variolas multæ humiditatis, jaciatur super matracium panni rari pleni farina *rizis* et pannici: et fumigetur cum foliis mirti et olivarum ficcis; et cum ul-

⁴⁶ Vide not. 5, pag. 112.

cera sunt deficcata, accipe rasuram radicis cannarum et lignorum falicis, et misce cum aqua, et pone ⁴⁷ *Merdasengi*, ut non cicatrizetur locus.

⁴⁸ ACHOROSCHOS ait: fordicies domus apum mixta cum farina ordei deficcatur variolas.

⁴⁹ AARON: de salubrioribus variolis sunt albæ et rubæ, et de malignioribus, virides et nigræ, et post has crocæ. Cum manifestè apparent variolæ et morbilli, et febris incipit deservescere, est signum salutiferum; et illæ quæ apparent in furore febris sunt mortales: et cum incipiunt apparere variolæ, cavendum est à frigidis, quoniam retinentur in interioribus, et dandus est succus fœniculi et apii, ut trahantur ad exteriora: et fiat gargarisma ex aqua decoctionis

⁴⁷ Vide not. 4, pag. 216.

⁴⁸ Quis significetur per illud monstrum nominis à Feragio fabricatum, nescio.

⁴⁹ Vide not. 8, pag. 218.

lentium et sumach, ut nil nocivum possit ori et gutturi evenire. Et cum sunt digestæ, jaceat patiens super farinam rizis, et fumigetur cum foliis mirti et olivarum, et desiccabuntur.

DICO, variolæ fiunt ex ebullitione sanguinis, et propriè cum fit mutatio à pueritia ad adolescentiam; et accidit cum eis caliditas violenta et malus odor: et hoc est cum patiens est calidæ complexionis: et possibile est quod accidunt bis vel ter, et præcipuè cum sanguis est acutus. Et necesse est quod sanguis pueri de facili perveniat ad hanc dispositionem, et pueris magis quam puellis: et debes præservare puerum paratum ad variolas et morbillum, in vere et in hyeme, ne incidat in febrem acutam: et debes mitigare et extinguere fervorem sanguinis in quantum potes, et subtiliare ejus regimen, et fit de generantibus sanguinem subtilem. Et cave ne superficies ejus corporis sit spissa, ut extenuetur fricatione, exercitio, et balneo in æstate, et in autumno non indiget tanta custodia, sed minori, quia in æstate fit magna corporis dissolutio, et in autumno sanguis est

est paucus; et pueri parati ad variolas et
 blactias sunt albi et rubei, et habentes
 capillos *blūdos, et macilenti et nigri sunt * blūdos,
 remoti ab eis. albos, sc.

FILIUS Serapionis: et melius quod
 est in variolis, est flebotomia usque ad
 fincopim, si virtus ætasque permiserint;
 sin autem fiat carassatio, et stilletur in
 oculos aqua decoctionis sumach aut fuc-
 cus pinguedinis granatorum: et cum in-
 cipiunt apparere variolæ, tunc danda est
 aqua decoctionis laccæ, ut facilis fiat ea-
 rum exitus; et postea aqua ordeï et len-
 tium, et cibus ejus sit ⁵⁰ *Mehs*, et simi-
 lia. Et in hyeme accendatur coram eo
 ignis ex lignis tamarisçi et vitis: et cum
 incipiunt desiccari, line supra cutim fa-
 rinam rizis pannici, radicem cannæ Per-
 sianæ, et cretum et aqua rosacea.

⁵⁰ Vide not. 15, p. 225.

¹ *Historia filicæ Hebelthuseyn filii Habube, ut à RHAZE traditur, in CONTINENTIS (Edit. Brix. 1486) CAP. IV. Libri 18. Edit. Venet. 1542, folio quarto ab initio, col. 2.*

FILIA Hebelthuseyn filii Habube fuerat affueta bibere lac camelarum absque meo consilio, et sentiebat inflationem propter lac: accipiebat de Diamusco, corpore non purgato nec flebotomato; et occasione lactis incidit in febrem continuam de sanguine, et apparuerunt signa variolarum; et post quartum variolæ in suo corpore exiverunt; et ipsa misit pro me, quod deberem ipsam curare. Et in principio collirizavi suos oculos cum antimonio dissoluto in aqua rosata; et propter hanc causam non exiverunt variolæ in ejus oculis, de quo erat

¹ Vide Freind. de Purgantib. 4to, pag. 95, 96. Hippoc. Gr. Lat. 8vo, pag. 74—76. Opera, Lat. Fol. pag. 335, et pag. 267.

valdè verendum, sed circa oculos erant multæ, spissæ et grossæ; et miratæ sunt vetulæ stantes ad ejus servitia de salute et præservatione oculorum. Et assiduavi ipsam recipere ptisanam, et similia, per aliquod tempus. *Et venter ejus erat stipiticus, ut moris est in hoc morbo; et meliorata est. Remansit tamen aliquid residui febris acutæ; putavi quod esset residuum humorum non eductorum per egestiones: et non potuit subitò et semel in totum purgari propter debilitatem virtutis ejus. Feci tamen ipsam assiduare² aquam fructuum quindecim diebus in aurorâ, et ptisanam in prima hora diei; et assellabat ex hoc bis in die, et fuit mundata completa mundatione. Et post quadraginta dies apparuit in urina completa digestio; et post quinquaginta fuit liberata in totum.*

² Vide not. 17, pag. 226.

FREIND. *Opera*, Fol. pag. 335.—*Epist.*
de Purgant. 4to, pag. 97.

“ Eandem curandi viam, atque iisdem
“ ferè verbis præcepit, Rhazis secta-
“ tor, utcunque magistri immemor,
“ Alfaravius : alvum scilicet, mor-
“ bo jam ad *statum* perducto, ¹ leniri
“ jubet, maximè si vires confiterint,
“ pulsusque virtutem habuerit ; eaque
“ remedia ut hâc in re præ aliis ido-
“ nea commendat, quæ calorem mi-
“ nus excitent.”

¹ Cap. x. Partic. 13. i. e. Edit. Augustæ Vindel-
licorid. A. D. 1519, fol. 142, col. 2.

Ex Codice Laud. N° 167. A.

Cui Titulus كتاب التصريف

(LIBER ALTASRIPH, i. e.)

Autore ALZAHARA, alias ALZARAVI.

In Linguam Hebraicam translatus per

משלם בן יונה MESHULLAM BEN JONAH.

המזונות לבעלי אלגרי

צריך שישתה החולי מי בשול השעורים
 המתוקן בחכמה כמו שישתו בחלויים בעלי
 החלויים ¹ החדים נשוח רק אם תהיה
 הקדחת רפה ונמק ואין ² הטבע רך ישום
 עליו כערך מהצותו מיץ רמונים חמוצים
 שחוקים עם הגרעינין ולא עם בשרם
 ולאסתמר ממנו ולא יחוש בקרום הדק
 ויקח אלזבד וחמאה כי אלה ירכבו הטבע
 ואם יהיה לחולי תעורה ישום בו כמחצותו
 בשכאש :

¹ *Morbis calidis acutis*: an החרים cum ר, an החדים cum ר, legendum fit, incertum est: utrumque sensum in hoc loco retinui. Vide not. 1, pag. 188, ubi eadem ambiguitas ex literarum similitudine occurrit.

Dieta sive alimenta variolis laborantium.

OPORTET ut ægroto bibenda præbeatur aqua decoctionis hordei arte præparata, uti bibitur in morbis eorum, qui ¹ morbis calidis acutis laborant. *Atqui si fuerit febris debilis et interna, et non sit (natura) alvus laxa, huic admisceatur quasi dimidium succi malorum Punicorum acidorum contusorum cum granis suis, nequaquam verò cum pulpa eorum; (à quâ sibi caveat; de pellicula tenui nihil curet;) sumat etiam cremorem lactis et butyrum recens, hæc enim solvent alvum. Et si adfuerint ægroto vigiliæ, admisceatur dimidium ejus [³ hordei sc.] papaverum.*

² Vide not. 5, pag. 166. Hebræa vox טבֿע Arab. ^{٤٤٤} ط congruit.

³ Vide pag. 161.

QUODSI

זים יהיה הטבע רך הרבה שים בו
 4 אלטבאשיר וצמג ערבי ומיץ דלועים
 ואבטחים וקשויים ודומיהם בלתי נאותים
 לחולי אלגדרי והם יותר ראויים ונאותים
 לחולי אחצבה רק אם יהיה החמימות
 חזק ויהיה עם אלגדרי רוע ותעורה חזקה
 כי הטוב והנלאה לחולי אלגדרי מה שיקרר
 ומיבש ויעבה הדם כמו מיץ רמונים
 ומיץ הבוסר ודומיהם כמו שזכרנו. ויועיל
 לבעלי אלגדרי הערשים הקלופים אם
 שתו אותם במים קרים :

4 Vide not. 22, pag. 62.

QUODSI *contra valdè laxa sit alvus, ad-*
misceas illi 4 Tebâshir et gummi Arabicum.
 Succus autem cucurbitarum, et peponum,
 et cucumerum, et his familia, variolis
 quidem minùs proficua sunt, (atqui in
 morbillis conveniunt magis, et præcipuè
 sunt utilia;) nisi febris ardens sit admo-
 dum, et cum variolis adsint malignitas
 et vigiliæ vehementes. Id enim bonum
 et proficuum est in variolarum morbo;
 quod refrigerat, et siccat, et condensat
 sanguinem, uti succus malorum Punico-
 rum, et succus uvæ acerbæ, et his simi-
 lia, uti memoravimus. Proficua sunt
 etiam variolis laborantibus lentes decor-
 ticatæ, quando has bibunt cum aquâ fri-
 gidâ.

הנהגת טבע בעלי אלגדרי

כי הטבע יתרכך על הרוב באחרית החולי וכל שכן בחולי אלהצבה ובסבה זה צריך שירחיק מה שידרכך הטבע אחר שיגידה החולי עד התכלית ואמנם אם יהיה טבע החולי יבש בתחלת החולי וקודם התכלית צריך לרככו וכל שכן בעת הגבורת החמימות וכאב הראש להקל על הטבע ולהקל ליחת אלגדרי אהר שיראה כח החולי חזק וגופו בלתי יבש נפוח עם לובן המראה וכוח הדפק ויהיה זה אחר ההקזה ישלשל הטבע עם בשול אלאהלילג אלאככול או שתה מיץ רמונים שחוקים עם בשרם עם שכר וזה יותר טוב לשלשל

¹ *In fine morbi—ad finem*: vide not. 2, pag. 173.

Regimen alvi variolis laborantium.

ALVUS porro laxa est plerumque ¹ in fine morbi, et præcipuè in morbo Alhatzbeh, (morbillis); et ob hanc causam necesse est ut longe amoveatur quodcunque solvat alvum, postquam pervenerit morbus ¹ ad finem, (κρισιν, perfectionem). Atqui si sit alvus ægrotantis sicca in principio morbi et ante finem, (κρισιν, perfectionem,) necesse est illam solvere, et præcipuè in tempore vehementiæ febris ardentis, et doloris capitis, ut levis reddatur natura, et minuatür humor variolarum, postquam videris ægroti firmas esse vires, et corpus ejus non esse ficcum, sed inflatum, cum albore coloris et fortitudine pulsus. ² Et si hæc sint post venæsectionem, solvatur alvus cum decocto myrobalanorum chebularum; vel bibat succum malorum Punicorum tritorum cum carne eorum, cum saccharo: hæc enim meliora sunt cum quibus alvus

² Vide pag. 175.

בו החולי כי זה לא יעורר החמימות ואם
 יהיה הטבע רך ³ לא יקרבו דבר מהרך
 ומשלשל:

ואמנם רפואתו אם נתרכך הטבע שישתה
 במקום מי השעורים מי בשול שויק אלשעיר
 הוא קבץ השעורים קלוי ואם תארך
 יבשל עמו שויק גרועי רמונים ואם
 יהיה הטבע יותר רך ישתה אלצמג עם
 אלטבאשיר אחר שישחק כמו אלכחל ויזרק
 עלי ארבע אוקין מי בשול שויק אלשעורים
 וישתה הכל ואם יוסיף השלשול יתרפא
 במה זכרנו בחולי השלשול ואם התמיד
 השלשול ישתה אלראיב ההמוין הרבה מוסר
 החמאה הנקרא אלזבד עם אלכעך הטוב
 ומעט צמג ערבי או אלטבאשיר:

³ Heb. ne appropinquet res ad illum.

ægroti solvi possit, quia non excitabunt febrilem ardorem. Quodsi alvus laxa sit, nulla res illi adhibeatur, laxans, et alvum solvens.

ATQUI curatio ejus, si soluta sit alvus, erit, ut bibat vice aquæ hordei, aquam decoctionis *Sauic hordei*, id est farinæ hordei torrefactæ. Et si duraverit [ventris fluxus], coquatur una *Sauic granorum mali Punici*. Et si sit alvus magis laxa, bibat gummi Arabicum cum *Tebâshir*, postquam trita sint uti collyrium; hæc inspergantur in quatuor uncias aquæ decoctionis *Sauic hordei*, et bibat totum. Et si aucta sit alvi solutio, curetur iis quæ memoravimus in morbo diarrhæa. Quodsi diarrhæa diuturna fiat, bibat *Al-Raib* valdè acidum, amoto butyro, quod dicitur *Al-Zabd*, cum pane biscocto bono, et pauxillo gummi Arabici, vel ⁴ *Tebâshir*.

⁴ Vide not. 22, pag. 62.

EBN GIAZLÆ TACWIMO'L ABDANI.

Tacuim IV. De variolis et morbillis.

بعد الفصد يستقي ما الشعير المطبوح فيه مثل
ثلاثة عدس ولبن فيه عناب وسبستان بشرب
الحشخاش ويغذا بهزورة القرع فان ابطا خروجه
فيؤخذ خمس تينات وخمسة دراهم عدساً مقشوراً
ونصف بزر الرازيانج يطبخ برطل ماء حتى
يعود الي اربعة اواقي ونصفاً ويضاف اليه ما
الرمان ويشرب وان يبس الطبع فيعطى الترنجيبين
مع ماء الشعير او فلوس خبار سنبل او لعوق
الاجاص وان لانت الطبيعة فيسقي ماءً سوبق
الشعير قد طبخ فيه حب الاس مع صمغ عربي
وطبن ارمني وقرص الطباشير الحابسة ورب السفرجل

¹ Vide not. 7, pag. 178.

*Ex Codice MS. Arab. (charactere Syro)
satis antiquo. Olim LETHERLANDI.*

POST venæsectionem bibat aquam hordei cui incocta fuerit tertia pars lentium; et lac, in quo sunt zizypha rubra, et sebesten, cum syrupo papaveris. Alatur cucurbitis; et si cunctetur exitus earum, fumantur quinque ficus et quinque drachmæ lentium excorticatarum, et drachma dimidia feminis fœniculi; coquantur in libra una aquæ ad uncias quatuor cum dimidio, cui admisceatur succus mali Punici, et bibat. *Quodsi alvus sicca fuerit, detur¹ Terengiabin cum aqua hordei, vel medulla cassiæ fistulæ, vel loboc prunorum Damascenorum. Quodsi alvus² fluat, bibat aquam Sauc hordei cui incoctæ sint baccæ myrti, cum gummi Arabico, et luto Armeno, et trochiscis Tebâshir restringentibus, et rob Cydoniorum;*

² Vide not. 9, pag. 182.

وإن كان سعال فرب الاس ويغذا بالجوارس
المطبوخ مع سويق الشعير وياكل السفرجل والتفاح
وخذ من لبن الطبع بعد السابع ويقطر في ابتدائه
في العين ما ورد قد نزع فيه سمات³ وماء الكفرة
فإن ظهر فيها بثر فينفض فيه الاثمد فاذا انتهى
قبو قد ين يديه الطرفا وقضبان الكرم ان
كان شتا وإن كان صيفاً فيبخر بالصندل
والاس ويجعل علي فراشه الورد المطحون واذا بدا
بالجفاف يطلبي بالملح والشراج خمس ساعات
يتنسا بماء قد طبع فيه اس ويطلبي بعده
بدقبق رز وجاورش ويسبر زعفران ويترك عليه
يوماً ثم يغسل بماء التخاللة ٤٤

٣ الكافور—*et aqua camphora* و ماء الكفرة³
Vetus Interp. " et aqua coriandri recentis;" legens

et si adsit tussis, rob myrti etiam. Cib-
 bus fit milium coctum cum Sauc hor-
 dei; et comedat mala Cydonia et mala.
Evitanda est alvi solutio post septimum
diem. In principio morbi in oculum in-
 stilletur aqua rosarum, in qua infusum
 fuit sumac; et aqua camphoræ: et si
 pustula apparuerit in oculo, in illum in-
 spargatur antimonium. Et quando ad
 finem (κρισιν) ventum est, coram illo ac-
 cendatur ignis ex tamarisco et sarmentis
 vitis, si sit hyems: quod si æstas sit, fu-
 migetur cum sandalo et myrto; et po-
 natur super stragulum ejus rosa molita.
 Et quando inceperit desiccatio, inungatur
 cum sale et oleo sesami, et *sinas* per ho-
 ras quinque; dein abluantur aquâ cui in-
 cocta sit myrtus; postea inungatur farina
 oryzæ, et milii, et pauxillo croci; quæ
 super illum linquantur per diem unum;
 dein abluantur cum aqua furfuris.

الكزبرة Vox in codice meo confuse fatis descripta
 est; et hæreo.

Trochisci Tebâshir, pag. 270, 271, ab
Ebn Giazla memorati: *vide Mesfue,*
fol. 153, col. 1, 2.

وهذه صفة اقراص طباشير ممسكة

ورد اجر سنة دراهم

بزر خاص برقي اربعة دراهم

صمغ عربي وطباشير وطبن قبرسي من كل واحد
ثلاثة دراهم

برابريس وحب الاس من كل واحد اربعة دراهم

زعفران درهم

يدق جميع ناعماً ويعجن بلعاب بزر قطلونا

ويقرص من كل قرص ^١ درهم الي مثقال

^١ *A pondere 3j. ad 3j. fs.—Arabicae voces sunt*

Ab Haly Abbate paulo aliter; *Cod. Laud.*
A. N^o 115.

HÆC est descriptio trochiscorum Tebâshir adstringentium.

ROSARUM rubrarum drachmæ sex.

SEMINIS oxalydis fylvestris drachmæ quatuor.

GUMMI Arabici, Tebâshir, et terræ Cypriæ singulorum tres drachmæ.

BERBERUM et baccarum myrti singulorum quatuor drachmæ.

CROCI drachma.

OMNIA benè contendantur, et cum mucilagine seminis psyllii formentur trochisci, † à pondere 3j. ad 3j. fs.

Dirhem et Mithskal, quorum valor accuratè ponitur in not. 7, pag. 102.

HALY EBNO'L ABBAS *Perfa Magus* flo-
ruit circa A. D. 980.

EBN GIAZLA—obiit A. H. 473, A. D.
1080. Vide *Hist. Dynast. Arab.* pag.
365. *Lat.* pag. 241.


ALSAHARAVIUS, *Medicus Cordubensis*—
obiit A. H. 500, A. D. 1106. Vide
Cafir. Catal. pag. 173, col. 2.

EBN BEITAR—obiit Damasci A. H. 646,
A. D. 1248. Vide *Cafir. Catal.* pag.
278.



F I N I S.

pour Mr Channing a imprimé des pour lui & ...
un lieu de ... a fait un ... de ...
... de ... La plupart de ...
... de ... de
rapporter, bien ... de ...



157

RHAZES. De Variolis et Morbillis, Arabice et Latine... cura et ~~impensis~~
impensis Iohannis Channing. XIV, (2), 276 pp. 8vo, contemporary boards
(worn, back repaired). London, 1766. \$ 65.00

FIRST EDITION OF THE FIRST DESCRIPTION OF SMALLPOX. "The first medical description of smallpox was written by Rhazes, about the year 910. It is the only work of Rhazes to be PRINTED IN ARABIC (in the above edition, which includes a parallel Latin translation by John Channing), and is considered HIS MOST IMPORTANT WORK." (Garrison-Morton 5404).
A fine, UNCUT PRESENTATION COPY of the editor, with the following inscription inside front cover: "W. Watson MD 1768 Ex dono authoris."

10942

Accession no. 25872

21 RAZI, A.

Author [REDACTED]

De variolis et
morbillis ...
1766.

Call no.

INOCULATION
VACCINATION

